Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36539
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



occidere: reus erit iudicio. Ego autem di
co uobis: quia omnis qui irascetur fri
tri suo reus erit iudicio. Qui autem dixerit
fratri suo racha: reus erit concilio. Qui
autem dixerit: fatue: reus erit gehenne
ignis. Si ergo offers munus tuum ad
altare: et ibi recordatus fueris quia fra
tuus habet aliquid aduersum te:
relinque ibi munus tuum ante alta
re et uade prius reconciliare fratri
suo. Et tunc ueniens offeres mun
tuum. Off. Perfice gressus meos in
semitis tuis ut non moueantur uestigia me
a. Inclina aurem
tuam et audi uerba me a. Mirifica
misericordias tuas qui saluos
facis sperantes in te domine. Se-
Propitiare domine supplicationibus nos
tis hanc ipsi tui oblationes benignus
assume. et ut nulli sit usurpatum
uotum. nulli uacua postulatio. prata
ut quod fidelibus petimus efficaciter con
sequamur. Per. Co. Circuibo et immola
bo in tabernaculo eius hostiam uitula
tionis cantabo et psalmum di
cam domino. Co. Repleti sumus domine
muneribus sacris tribue quesumus: ut eorum
et mundemur effectu: et muniamur
auxilio. Per. Fer. iii. ad hebreos.
Fratres: habemus gratiam: per quam ser
uiamus placentes deo cum metu
et reuerentia. Etenim deus noster: ig
nis consumens est. Caritas fraternitatis
maneat in uobis: et hospitalitate

nolite obliuisci. Per hanc enim placuerunt 108
quidam: angelis hospitio receptis. Me
mentote uinctorum tamquam simul uinc
ti: et laborantium tamquam et ipsi in
corpore morantes. Honorabile conu
bium omnibus: et thorus immaculatus.
Fornicatores enim et adulteros: iu
dicabit deus. Sint mores sine auari
tia: contenti presentibus. Ipse enim
dixit. Non te deseram neque derelin
quam: ita ut confidenter dicamus:
Dominus mihi adiutor est: non timebo quid
faciat mihi homo. Mementote prae
positorum uestrorum: qui uobis locuti sunt
uerbum dei. Quorum intuentes exitum
conuersationis: imitamini fide.
Ihesus christus heri et hodie: ipse in secula
Sequentia sancti marci. secundum marcum.
Cum egressus esset ihesus in uia: pecu
rens quidam genu flexo ante eum in
terrogabat eum dicens. Magister
bone: quid faciam ut uitam aeter
nam percipiam: Ihesus autem dixit ei.
Quid me dicis bonum: Nemo bonus:
nisi unus deus. Et precepta nosti: Ille
dixit. Que: Et dixit ei ihesus. Non oc
cides: non adulterabis. non furaberis.
non falsum testimonium dices. ne frau
dem feceris. honora patrem tuum et
matrem. At ille respondens ait.
Magister: hec omnia obseruauj
a iuuentute mea. Ihesus autem intuitus
dilexit eum: et dixit illi. Unum tibi
deest. Vade quecumque habes uende